

paueres laici, distribuendam, compellatur, &c.) ut intelligitur hujus pœne appositio appellacione remota, eum delictum tangat malam officii administrationem ex Doctoribus relatis, & indicat illud verbum (compellatur) quo Trid. utitur, quod pertinet ad executionem, ut latè nos lib. 2. c. de deposito, quod est 16. à n. 71. cum seqq.

9 Quibus quidem convenit, quòd officialis suspensus, vel privatus officii administratione, vel aliàs quoquo modo condemnatus in Syndicatu, non potest appellacione pendente officio uti, cùm pœna, in tali iudicio illata, executioni mittatur ea non obstante, ut ideo ordinarius denegans delationem, violentiam nullam committet, tenet Maranta de ord. jud. tit. de appell. n. 193. Petrus Duchias in regul. 42. num. 20. fundatur uterque non in iure communi, sed in regijs quibusdam constitutionibus, ab eisdem citatis. Sed quod idem fit omnino dicendum de iure communi, scribit Speculator in tit. de appell. in quibus vers. 3. lib. 2. ff. in l. qui iurisdict. col. 3. Angel. & ceteri in l. nulli, C. quorum appell. non recip. Paris. de Puteo in tract. de syndicato, verbo, appellatio, & verbo, syndicus, & verbo, à sententia lata fol. 14. & 17. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limit. 10. per totum, Manfred. lib. 2. pract. concl. super attent. conclus. 128. & seqq. & iterum conl. 173. Modernus in annotat. ad Regium n. 195. & sic pariter in Syndicatu ab officiali damnato appellacioni interjectæ non defertur officium vim non facit, licet in hoc Regno Hispaniæ officialibus secularibus damnatis per syndicatum certo modo, & non absolute, eis est prohibita appellatio ut est videre per adducta latè ab Avilio in capitulo. prætor. c. 10. à num. 2. cum seqq. fol. mihi 296. Bobadil. in polit. lib. 5. c. 1. à n. 191. cum seqq. & latissimè hoc examians probat ex multis alijs Prosper. Farinac. pract. crim. 3. tom. quest. 101. c. 1. à n. 89. cum seqq.

11 Et quoad supradicta adverte, quòd Episcopus, & iudex ecclesiasticus liberè potest punire, & castigare suos notarios, Alguazelos, officiales, aliosque ministros, & officiales laicos, delinquentes in suis officijs, ut expressè dicit S. Concil. Trid. sess. 22. de reform. d. c. 10. ubi imprudens, aut Regia auctoritate creati fuerint, &c.) probant Austriens in tract. de potest. Ecclesiast. super Laico, num. 19. Bald. in l. 2. C. de sportul. & in c. cum parati, ibi præpositus de appell. Puteus de syndic. verbo, officialis, c. 1. num. 3. fol. 247. Tiberius Decian. in tract. crim. 1. tomo lib. 4. c. 10. n. 3. vers. septimo argumento d. §. si quis, Bobadil. in polit. lib. 2. c. 77. n. 48. Parlad. in sequicent. differ. diff. 9. §. 1. num. 28. allegans Bald. ei cæteris annuentibus, in nullus, C. de testib. & probatur arg. l. 1. C. de off. magist. militum, l. officium ff. de re milit. l. si quis forte, §. si quis, ff. de panis, aub. de mandat. Principum, §. quod si delinquentes.

12 Et an & quando Episcopus Vicarium, Castellanus Castellitenentem, vel iudex sui substitutum, vel locumtenentem, possit liberè amovere, cum causa, vel absque illa, vel quid, quando, id non facere juraverunt, vide Bald. & Alber. in l. si ita §. Dominus, ff. de usu & habitatione, & in c. 1. juncta gl. de feudis guard. & gastald. & ibi Bar. Boerius decis. 199. n. 25. gloss. in clem. 2. de rescipi. verbo, per elect. Domin. in c. 1. de off. vicar. in 6. Ripa in c. 1. n. 44. de iudicijs, Rebuff. latè in praxi benef. in form. Vicarii lib. 1. à n. 192. Didac. Perez in l. 1. tit. 5. ol. 963. vers. & ista opinio, l. 3. ord. Segura in decretor. jud. 2. p. c. 5. n. 1. fol. 205. Conradus in templo iudicium lib. 2. c. 6. §. 1. de constitut. Vicarii n. 7. fol. 176. Loazes in alleg. pro Marcione de los Velles, in resp. ad §. 6. fund. da. n. 133. Bobadil. in polit. lib. 1. c. 16. à num. 9. Anton. Gab. lib. 2. comm. opin. cons. 1. de jur. jur. n. 14. Joan. Gutier. de jur. cons. p. 1. c. 1. n. 89. latè etiam Grat. discept. foren. c. 167. per tot. ubi de officijs, & beneficijs amobilibus etiam ad notum.

Qui n. 17. firmat, quòd notarium, semel electum ad causam non poterit iudex removere sine causa usque ad finem cause. Felin. in c. quoniam contra n. 4. de probat. Castren. in l. testamenta omnia C. de testam. Bald. in l. 2. n. 9. C. quomodo & quando iudex, in aub. se iudex C. de sacros. Eccles. adeo ut duobus tabellionibus electis, si unus ceperit acta scribere, alius non poterit deinceps se intromittere, nisi impedimento primo; tenet Grat. ubi proxime, d. c. 197. n. 19.

Cui conducit, quòd dicit Marefc. variarum resolutio- num, lib. 2. c. 107. n. 4. quòd instrumenta seu acta, quæ coram uno notario tractantur, non sufficiunt præsentare, nec producere in actis alterius notarii; etiam eisdem iudicis, & tribunalibus, sed omnino debet produci in actis ejus, qui causam cepit tractare; qui testatur, ita fuisse determinatum per Rotam in una Romana censu 4. Decembris 1597. coram Cardinali Pamphilo.

Superest secundam nostri capitis partem examine, an non defertur appellacioni interpositæ à nominatione publici officii, vim iudex facere dicatur: in quo duplex consideratur à jure distinctio amplectenda. Etenim aut agimus de nominatione, & electione, muneris publici auctoritate, & utilitate simul, hoc est, quòd omnimodò, & principaliter fit inductum in reipublicæ utilitatem, prout est syndicus, procurator, decurio, executor tributorum, & similes, & tunc si nominatus ad munus legitimum excusationem habens intra tempus ad appellandum minimè provocaverit; videtur tacite electioni de se factæ consentire, & acquiescere, ac ideo ulterius non admittitur, nec auditur appellans: text. in l. bi qui, ibi: Hi qui ad civilia munera, vel ad decurionatum, vel honores evocantur, licet vacationem à principibus acceperint si appellacionis auxilio non utantur, consensu suo nominationem confirmant; cum igitur ad munus vocatus appellaveris apud prædictum provinciam iuste te appellasse ostende, &c. C. de appell. text. in l. (cives, & incolæ manifestas etiam excusationes, habentes; si sub iusta nominatione non appellaverint, ad earum probationem non admittuntur, &c.) C. eodem; text. etiam expressus in l. 1. si ad scribatum nominatus non provocasti l. nominationes, C. eodem tit. de appell. bonus etiam text. in l. 2. & l. cum decurionatus, C. de decurionibus, c. nominationes 2. quest. 6. l. 8. tit. 2. Cyrus Bald. & Salicetus in d. l. si bi qui, & in d. l. si ad scribatum, Bart. Bald. & Salicet. in d. l. cives, Bart. in l. 1. §. ff. quando appellandum sit, optimè Speculator & ejus adductor in l. 2. tit. de appellacionibus, §. in quibus, n. 9. Angel. in §. qui autem excusare, post princ. instit. de excus. tuto. Joan. de Platea & Lucas de Peña d. l. 2. & ubi libet gloss. A vend. de exequen. mand. c. 19. n. 26. in fi. & est videnda l. 3. tit. 16. l. 3. ord. Bald. in l. si pater n. 4. Cod. si pend. appell. mors. Maranta in specul. 6. p. actu 2. in verbo, & quandoque appellatur, n. 324. fol. 506. Rebuff. in tract. de sent. provisio. art. 3. gloss. 2. n. 1. & in tract. de appell. art. 7. gloss. 2. n. 18. Ruginel. tract. de app. §. 2. c. 3. n. 146. Cavendum est tamen à Significando Seaccia tract. de appell. q. 17. limit. 13. fol. 478. dum absolute dicit, appellandum esse intra decem dies à nominatione muneris, auctoritate, & electione publici, cum hoc pendet ex legitimis excusationibus per nominatum allegatis, & sic sub hac qualitate illius appellacioni deferuat jura, & Doctores citati.

Quam conclusionem, ut limites, velim: quando ipsa nominatio valide facta fuit, secus si nullius vel non, puta, servatum ordinem, & formam electionis, vel ob aliquod aliud defectum: quia tunc tanquam à nulla, non indiget appellari, nec est executioni mandata, text. est in l. si constat 12. ff. de appell. ubi gloss. verbo super vacua fuit, & Bart. gloss. verbo interpositum in d. l. 1. §. 1. ff. quomodo & quando appellandum sit, optimus text. in

in l. nominationes 27. ubi gloss. Bart. & Salicet. C. de appellacionibus, & in l. veteranis, per text. ibi C. quando provocare non est necesse, ut tunc non defertur appellacioni vim facere declarabitur, juxta traditam à nobis regulam infra hoc lib. c. 9. ut scilicet, deferatur appellacioni, cujus ratio in promptu esse constat; & quòd electio seu nominatio ad hoc munus publicum facta de incapace & indigno suspendatur per appellacionem, & contradiccionem, ita ut interim ejus executio suspendenda sit, & possessionis itidem traditio, ex pluribus comprobatur Boba. in Polit. l. 3. c. 8. à n. 48. qui quidem à n. 40. cum infinitis seqq. plures quaestiones resolvit, horum officiorum nominationes tangentes, quibus pertinere, qui sit citandus: & an per electionem indigni privetur eugens illa vice, & de multis alijs utilibus, & necessarijs ibi vide.

21 Et ex superius dicta resolutione infero ad ea quæ dicit Nicolaus Garcia de benefico, tom. 2. 9. p. c. 2. num. 378. dum superius à num. 368. disputat, an examinatoribus ad examen beneficiorum deputatis, juxta Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. possit (non obstante prohibitione ejusdem Concilii, & Sanctæ Congregationis super eodem) nihilominus aliquod stipendium, seu merces pro suo labore dari, scilicet ex fructibus beneficii; qui postquam negativam amplexus, dixit in d. n. 378. rectè posse examinatores cogi, hoc munus gratias subire, cum sit munus publicum, & à sancto Concilio Trid. inductum, ut faciat ad nostrum propositum quod sit ita nominatus, legitimas excusationis causas proponens non appellaverit intra tempus à jure concessum appellandus; nequaquam sit impostum audiendus, sed potius cogendus, nec delationem denegans vim faciet, cum sit munus publicum auctoritate, & utilitate simul.

24 At verò quando munus, ad quod aliquis nominatur, seu eligitur, non est publicum auctoritate, & utilitate simul, sed auctoritate tantum (prout est tutela, & cura) quod licet sit publicum quoad auctoritatem, quia convenit reipublice, ut minores tuteantur; tamen utilitas non est publica, sed privata omnimodò, cedens ipsi minori, in cujus commodum principaliter hoc munus inductum est à jure, tunc quidem nominatus ad idem non potest appellare à tali nominatione, & electione, sed tantum ei permittitur, ut intra quinquaginta dies suas legitimas, & à jure approbatas excusationes proponat, quas si probatas iudex non admiserit, licita est nominatio appellatio; ita probat text. elegans (utrumque distinctionis membrum probans) in l. 2. §. si quis tutor, ff. quando appellans sit, cujus sunt verba:

25 Si quis tutor datus fuerit, vel à testatore, vel à quovis alio, qui tunc dandi habet, non oportet eum provocare, hoc enim Divus Marcus efficit: sed intra tempora præfinita excusationem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debet. Ceterum ante frustra appellatur: alia causa est eorum, qui ad aliquod munus, vel honorem vocantur: cum dicant, se habere excusationem, nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suæ; quam si appellacionem interposuerint, &c. text. etiam in l. tutores 18. text. in excusationis 3. C. de excusatione, tutor. text. expressus in §. qui autem excusare se valent non appell. &c. 18. instit. de excusat. tutor. vel curat. text. in l. scire 15. ibi: Scire oportet, quoniam nec dati tutores, nec testamentarii provocare necesse habent, ut ostendit constitutio Divi Veri & Antonii, hoc autem observari oportet, & in datis curatoribus; in paucissimis enim distant curatores à tutoribus, adversus denique sententias auferentes eis excusationes, licentiam habebunt appellandi, &c. ff. de excusatione, tutorum, l. Caii 18. ff. eodem tit. cap. viduum 2. q. 6. l. 4. titul. 17. p. 6. hanc doctrinam probant Rebuff. de sentent. provisio. art. 3. gloss. 2. num. 1. tom. 1. fol. 276. & in tractat. de appellacione, articulo 6. gloss. 2. Salgado de Protect. Reg.

num. 18. vers. septimo, tom. 3. fol. 503. & idem ab euff. in comment. 4. p. tract. de appell. art. 8. gloss. 2. num. 18. Bald. in l. si pater, 4. in fin. num. 4. Cod. si pendente appellacione mors. Marant. in specul. 6. actu 2. princip. verbo, & quandoque appellatur, num. 324. limit. 20. fol. 516. Ruginel. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 246. glossa B. Bald. Cyn. Salicet. & alii in locis superius citatis glossa & Doctores in his allegatis legibus, Angel. post glossam, & ibi optimè Picard. à Minuela acutus, & præceptor meus, in d. §. si quis autem excusare, Speculator. lib. 2. tit. de appell. §. in quibus n. 9.

Hinc venit meritò reprobandus Seaccia de appellat. 26 quest. 17. limit. 33. sub n. 1. dum dicit, quòd licet hæc doctrina communiter teneatur, illi tamen videtur de vento, cum saltem possit appellare post rejectam excusationem, sed minus rectè; minusque loquitur peritè. Etenim non omnes tutores habent legitimas excusationes ad proponendum, vel si habent, omittuntur, vel si proponunt, aliquando non legitimas excusationes ad proponendum habent: sed frivolas, & à jure non approbatas. Quibus casibus omnibus cessat ratio appellandi, & sic evidenter apparet jura disponenda, à nominatione muneris utilitate privati, non appellari, non servire de vento, ut putavit Seaccia, quia aliud est, non posse appellari à nominatione, aliud posse appellari à rejectione legitimæ excusationis propositæ.

Nec his obstat text. in l. cum in una §. tutor, ff. appellat. 28 ubi dicit: tutor pupillo datus si provocet interim pupillo curator dabitur, &c. quasi inquirere, & supponere videtur ac ipsa datione, & nominatione fuisse provocatum, quia intelligendus secundum d. §. si quis tutor, & l. scire oportet, cum alijs, ut ab excusationibus non admittis, non autem à nominatione duntaxat appellatum fuerit prout optimè interpretatur, & intelligit gloss. verbo non appellat. in d. §. qui autem excusare, instit. de excusat. tut. qui est verus intellectus, qui tunc à rejectione iustæ excusationis propositæ, licet appellari, ex supradictis, quoniam à delegato beneficio juris appellacioni deferendum est interpositæ, ut diximus ad propositum supra lib. 2. c. 1. de interlocut. circa appellat. ab except. & sic illa verba d. §. tutor si provocet, intelligi necessariò debent, tempore quo potest (terminis habilibus suppositis) quia depositio de aliquo ad loquens, intelligitur de valido, solemnè, & solemniter celebrato, non putavit §. non quævis de honorum possess. contra tab. latè in c. 9. in fin. hac 3. p. in c. quando ratio appellandi est in promptu, à principio.

CAPUT IX.

Si in iudicijs privilegiatis seu alijs appellabilibus ratio appellandi sit in promptu, appellacioni à sententia emissæ an iudex non defertur vim faciet: & ibi exactè quando appellandi ratio in promptu esse dicatur: præcipuè in provisione beneficiorum, tam curatorum, quàm simplicium.

SUMMARIUM.

- 1 Clavis est totius tractatus violentia solemnitasque forme omisso, qua inducuntur nullitates, ad quas peritissimi advocati confugiunt, cupientes impedire executionem, etiam his causis sui natura inappellabilibus.
- 2 Nullitas aut evidens iniquitas apparet ex actorum inspectione dicitur esse in promptu, & notariè constare, & vide num. 35.
- 3 Dispositio excludens omnes nullitates, non intelligitur exclusiva nullitas notoria, que patet ex actis.



Et quid iure regio remissive, videm.
4 Appellandi ratio in promptu esse dicitur, etiam casibus auras privilegialis, & sui natura inappellabilibus, si nullitas apparet ex actis, cum tunc sententia executio suspensatur.
5 Appellandi ratio in promptu esse dicitur, quando incontinenti justificatur appellatio que ut legitima admittitur quoad utrumque effectum.
6 Iniquitas evidens, & iniustitia notoria, idem operatur ac nullitas, atque poriformiter sententia executionem impedit.
7 Appellatio nunquam intelligitur prohibita ratione respectu notorie iniquitatis, vide n. 34.
8 Senatus Regius additus per viam violentie communiter decernit, deferentiam esse appellacioni interjecta, ubi evidens iniustitia apparet ex actis (reprobata opinione Josephi, Jesse.)
9 Sententia nulla executionem non meretur, qua & nomine sententia caret.
10 Dispositio loquens de actu, intelligitur de valido, non de nullo, & n. 12.
11 Quod nullum est, effectum non sortitur.
12 Dispositio nulla caret executione, nomine & effectu, atque pro non facta reputatur.
13 Per actum nullum non interruptitur prescriptio, remissive, & simul de effectibus sequentibus. Non perpetuatur jurisdictionio. Non rumpitur primum testamentum validum. Non inducitur mala fides. Non inducitur litis pendentia. Non tribuitur causam prescribendi. Non expirat potestas quominus actus iterum valeat celebrare. Testium examen nulliter factum non derogat primis depositionibus. Publicatio minus recte facta non impedit. Non cadit quis in commissum, vide remissive ibid.
14 Actus nullus alios an pariat juris effectus, & quot, remissive.
15 Clausula (partio iudicata) operatur his casibus dumtaxat, quibus sententia transiit in rem iudicatam, aut alias executionem meretur. Rescriptum Principis recipit interpretationem a iure communi, ibid.
16 Clausula (partio iudicata) non operatur quando sententia est nulla, nec alias meretur executionem.
17 Clausula (partio iudicata) ut effectus impediatur, debet nullitas esse notoria patens ex actis.
18 Clausula (partio iudicata) non operatur, ubi sententia est notorie iniusta, quia non transiit in rem iudicatam.
19 Ratio appellandi ubi est in promptu, puta per nullitatem, etiam in remedio l. fin. C. de edicto D. Adu. appellatio utrumque habet effectum.
20 Appellatio ab executione notorie nulla virtute obligationis Cameralis, aut quarantigiata admittitur quoad utrumque effectum.
21 Jus precipiens fieri executionem contractuum, non intelligitur de nullis & invalidis, cuius exceptio executionem recte impedit.
22 Nullitas notoria patens ex actis impedit executionem trium conformium.
23 Appellari potest etiam ubi alias jus prohibet, quando nullitas patet ex actu in inspectione, quia tunc cessat prescriptio, quia erat pro sententia.
24 Nullitas notoria in genere sumpta dividitur in tres species. Appellatio a nullitate peratam habente probationem, impedit executionem unius sententia, sive sui natura sit privilegialis, aut in alimentis, possessoris, obligatione Camerali &c. sive quia transierit in rem iudicatam, ibidem.
25 Sive nullitas exceptio probetur ex eisdem actis, sive aliunde, diuimodo sit incontinenti.

26 Nullitas notoria & manifesta patens ex actis impedit trium conformium executionem, non tamen alia probatio, etiam incontinenti hoc casus relevans est.
27 Jurisdictionis defectus probatur ex inspectione processus.
28 Citationis defectus probatur ex actorum inspectione.
29 Mandati defectus probatur ex actorum inspectione, & impedit executionem etiam trium conformium.
30 Nullitas apparet ex facie sententia magis quam alia quavis dicitur notoria.
31 Sententia lata non servatis terminis substantialibus iudicii est notorie nulla, atque nullitas insanabilis.
32 Nullitas proveniens tam ex non servatis terminis substantialibus, quam ex aliis concernentibus substantiam iudicii, & ob non servatam formam statusu requisitam ad actum, impedit executionem.
33 Nullitas requirens altiore indaginem, quia nec constat ex actis, nec incontinenti eius probatio offertur, impedit executionem irrevocabilem.
34 Notoria iniustitia tunc impedit executionem sententia, quando evidenter ex actis apparet, sufficit tamen qualis effusato ad tollendam illius notorietate.
35 Acta faciunt rem notoriam, quia quod ex actis resultat, notorium dicitur.
36 Sententia amplius non dicitur notorie ex actis nulla & iniqua, quomodo ex adverso aliquid opponitur, quod dubitationem, aut offuscationem pariat.
37 Oppositio & effusatio etiam si continet juris subtilitatem tollit notorietatem nullitatis ex actis resultat.
38 Nullitas velata, que potest habere dubitationem, & disputationem, non est notoria, nec impedit executionem trium conformium.
39 Forma si est omisa in provisione beneficii tam curati, sive simplicis, vel alia nullitas apparet appellatio admittitur suspensiva.
40 Provisio beneficiorum erit nulla, si non servatur forma prescripta a iure, statuto, aut fundatione.
41 Forma omisa actum corrumpit, & vitiat.
42 Beneficium provisum non servata debita forma nec acceptari, nec retineri potest, etiam in foro conscientie, secundum magis communem opinionem.
43 Forma & solemnitas ad provisionem beneficii non fundatur in presumptione, nec falsa causa, & sic etiam si fraud abijt obligat in conscientia.
44 Provisio Parochialis facta non servata forma prescripta a Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. & motus proprii in conferendis, irrita est ipso iure. Provisio Parochialis non servata forma vacare dicitur, ut antea, ibid.
45 Clausula (irritans) qua utuntur Concil. Trid. & motus proprii inducit formam.
46 Clausulam (irritans) continent omnia decreta Concil. Trid.
47 Decretum (irritans) contentum in lege conciliari, an & quando etiam ipsam Papam liget.
48 Appellationi a provisione beneficii sive curati, sive simplicis sive judicialiter sive extrajudicialiter celebrata, nulliter tamen & cum forma omisione, deferendum esse, indistincte decernitur in supremis tribunalibus aditis per viam violentie.
49 Edictorum omisio in provisione Parochiali an vitiet eo, ut sum, & qui affirmativam indistincte tenentur.
50 Edictorum omisio regulariter provisionem beneficii no vitiat, nisi tantum ubi Conc. Provinciale id statuit.
51 Convincuntur DD. contrariam opinionem tenentes, scilicet Zerola & Cucus, ubi verus sensus declarationi Congregat. per eos citate restituitur. Concursum est precise faciendum in provisione Parochiali, ergo edictum est necessarium: non est legitimum argumentum, ibid.
52 Edictum in provisione beneficii juris patronatus indistincte an sit necessarium?

53 Edictum ad Parochialem proponendum est cum termino decem dierum, nec ultra alios decem dies prorogari potest.
54 Circa provisionem beneficii curati qua forma sit prescripta a Concilio Compostellano referatur.
55 Terminis edictorum an curat, ex quo tam in valois Ecclesia Cathedralis, quam Ecclesia beneficii fuerit apposita, iani sit attendenda ultima effigies.
56 Edictorum prorogatio fieri non potest absque causa.
57 Edicto apposito cum majori termino viginti dierum provisio an vitietur in totum, an solum edictum respectu excessus dumtaxat.
58 Oppositores post viginti dies, & intra terminum recessivum & prorogatum per Episcopum, nec sunt legitimi oppositores, nec ad concursum sunt admittendi.
59 Edictum apposito cum minori termino decem dierum vitiat provisionem.
60 Terminus a lege indudus non debet a iudice abbreviari.
61 Iudex non debet arbitrari in his, que sunt a iure determinata.
62 Terminus nimis brevis ne ad plurimorum notitiam veniat edictum procurans petens collationem, institutionem facit irritam.
63 Forma juris non satisfi ex nimia festinatione, imo illi detrabitur.
64 Concursum, & examen ante lapsam terminum edictorum est nullum. Concil. Trid. sess. de reform. c. 18. in illis verbis (transacto constituto tempore, &c.) exponitur, ibid.
65 Concursum factum infra terminum edictorum an sustineatur, si alius oppositor non comparet.
66 Examen Parochialis vacantis non debet fieri, nisi cum tribus saltem examinatorebus.
67 Examinatores ad minus sex singulis annis eligendi sunt ab Episcopo in Synodo ex quibus tres quolibet ad singulas vacationes potest eligere.
68 Synodus formalis quomodo, & ad quid sit.
69 Examinatoribus minus sex deputatis in Synodo deputatio non erit legitima, sed contra formam Concilii, & concursum per eisdem defectus erit irritus.
70 Examinatoribus sex deputatis in Synodo, si aliqui intra annum vel mortui, vel absentes sint, tota facultas spectat ad superiores, etiam si unus tantum sit una cum Episcopo, aut Vicario.
71 Examinatoribus omnibus intra annum mortuis vel absentibus, Episcopus usque ad numerum subrogabit alios ex antiquis Synodalibus.
72 Examinatores antiqui si tot non sint, Episcopus alios suppleat, approbato tamen a Capitulo.
73 Examinatores etiam antiqui si nulli superint, alios novos non minus sex deputat cu approbatione Capituli.
74 Forma quando non potest servari precise, sufficit actum facere eo modo quo potest, & per equipollens.
75 Forma a nova constitutione indudta, & illa de facto non potest observari, puta quia deficit per sona, aut qualitas requisita, sufficit actum fieri eo modo, quo prius geri poterat.
76 Examinatores non possunt deputari incerti, puta: Prior talis monasterii Magistralis aut Doctoralis &c. ita ut futuri comprehendantur.
77 Concursum per examen in provisione Parochialis requiritur pro forma, ita ut eius omisio illam vitiet, ac nullam reddat.
78 Oppositori quantumcumque docto etiam notorie non potest conferri beneficium Parochialis absque concursu, quem ipse subire tenetur.
79 Examinatores debent pro forma renuntiare Episcopo, quousque idonei reperiri fuerint, & an debeat hoc renuntiatio fieri secreto aut palam.
80 Concursum etiam requiritur pro forma in Parochialibus juris patronatus Ecclesiasticis.
81 Forma Concilii est ut patronus Ecclesiasticus unum

presentet ex approbato ab examinatorebus per actio concursu.
82 Patronus Ecclesiasticus si presentaverit ante examen per concursum, eius presentacionis virtute non erit facienda institutio. Nisi iterum denuo expresse vel tacite presentatus sit post examen, & approbationem inter ceteros, ibid.
83 Institutio seu collatio quando facienda est ex certo genere personarum, vel ex personis certi generis, quibus aliqua qualitas requiritur (prout in exemplis ibi appositis) alio facta, irrita est, & nulla ipso iure.
84 Qualitatum oppositio in provisione beneficii est forma, & earum omisio vitiat.
85 Collatio seu presentatio quando sit facienda certa persone, seu certo generi personarum, dicitur necessaria.
86 Forma noviter indudta a Trid. precise & specificis est servanda.
87 Qualitas adjecta verbo, vel participio, debet intelligi secundum tempus verbi, vel participii.
88 Verba prateriti temporis precise requirunt confirmationem & perfectionem actus.
89 Qualitas que a principio requiritur tempore provisionis beneficii, non sufficit, si postea sequatur.
90 Instrumentum productum ante litis contestationem, non probat; nisi postea tempore probatorio fiat eius nova reproductio.
91 Appellatio a Procuratore interposita tempore, quo carebat mandato, non sustinetur, etiam postea habens sufficientem, si de novo non appellet intra terminum.
92 Nec talis appellatio causat attentata, quia qualitas que requiritur tempore actus, non sufficit, si post actum sequatur.
93 Patronus Ecclesiasticus non solum potest noviter presentare expresse, sed etiam tacite aliquem actum gerendo in favorem illius, quem presentaverat ante concursum.
94 Resignatio facta sine consensu patroni est nulla, & si ex hac causa patronus presentet aliquem, non tenet, quia non abdicatur jus a resignante, at si lite pendente resignans moriatur, & patronus prosequatur litem cum resignatorio, & asserat instituendum jam presentatum, hac litis prosecutio equipollet nove presentacioni. Presentatio tacita indudta ex litis prosecutione excludit devolutionem, ibid.
95 Collatio beneficii illiterato facta, licet sit nulla, tamen si postea literas addicat, & conferens sciens non penituit, intelligitur denuo tacite conferre, & prior reviviscit.
96 Possionis beneficii traditio facta ab habente potestatem per necessarium antecedens, inducit tacitam & virtuales collationem.
97 Collatio & presentatio beneficii potest fieri non solum expresse, sed etiam tacite.
98 & 99 Concursum ad Parochialem juris patronatus Ecclesiastici, sicut & ad alias meret collationes etiam servatas sue sanctitati, & etiam in mensibus reservatis, debet fieri ab ordinario, & tunc in mensibus reservatis electio est Episcopi, non patroni.
99 Parochialis juris patronatus Ecclesiastici vacantis in mensibus reservatis Sedi Ap. concursum sit ipso patrono, Et quomodo sit, fides concursum ad sedem transmissum, ibidem & latius, n. 103.
100 Jus patronatus Ecclesiasticum ex quibus acquiratur.
101 Beneficia juris patronatus Ecclesiastici sub reservatione comprehenduntur, quia facile huic iuri patronatus prejudicatur.
102 Derogatum intelligitur jus patronatus Clericorum ex sola collatione beneficii facta a Papa alio non expresse.
103 Ordinarius intra quatuor menses currentes a tempore notitia vacationis tenetur mittere Sedi Apostolicae fidem approbationis concursum facti in Parochialibus vacantibus in mensibus Apostolicis, & qua forma, ibidem.



- 102 Forma à Concilio tradita si omittatur in provisione Parochialis vacantis in mensibus reservatis, tale beneficium potest imperari, & concedi solet breve rigorosum de capienda possessione Camera.
- 105 In provisione Parochialis juris patronatus laicorum concursus non requiritur, & que forma inducitur. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. in illis verbis (quod jus patronatus laicorum, &c.) explanatur circa formam servandam in provisione Parochialis juris patron. laicorum, ibid.
- 106 Concursus ad Parochialem juris patronat. laici in quibus casibus requiritur: remissive.
- 107 Concursus an sit necessarius in beneficio juris patron. mixti Ecclesiastici & laici, affirmative resolvitur.
- 108 Concursus est necessarius in Parochiali juris patron. mixti pro una tantum parte pertinenti ad clericos, & pro duabus ad laicos.
- 109 Concursus peracto in Parochiali juris patronatus mixti Ecclesiastici & laicali, ex approbati, patroni presentant ordinario restituendum.
- 110 Quibus attenditur que Ecclesie prodest, & est magis favorabilis, cum ex concursu major utilitas sequitur Ecclesie.
- 111 Jus patronatus Ecclesiasticum ut dignius, trahit ad se seculare, ut minus dignum, & pars Clerici trahit ad se partem laici.
- 112 In iure patronatus mixto ubi non concurrunt Ecclesie favor, sed patroni duntaxat, tunc qualitas laicalis prevaleat Ecclesiastica.
- 113 Societatem in re individua alteri non prejudicare, aequum est.
- 114 & 127 Jus patronatus mixtum non cadit sub generalibus reservationibus.
- 115 Juri patronatus quando derogatur, remissive.
- 116 Concursus est necessarius in provisione dignitatis unita Parochiali a que principaliter. Ex unione facta a que principaliter nihil alteratur, sed quodlibet beneficium manet ut antea, & quilibet Ecclesia in suo statu, honore & privilegiis, propriisque redditibus agnoscit, sed utriusque unus est Rector, ib.
- 117 Unite duae Ecclesie a que principaliter si sint in diversis diocesis, vel collatio duobus pertineat, ut earum provisione utriusque Episcopi aut collatoris requiritur consensus.
- 118 Unio si est facta accessorie, ejus tantum Episcopi requiritur consensus, in cuius diocesi exiat principale beneficium.
- 119 Qualitas & natura beneficii uniti accessorie non attenditur, sed principaliter.
- 120 Unitum alteri accessorie, principalis naturam, consuetudines & privilegia assumit.
- 121 Unitum accessorie perdit propriam prerogativam, proprium nomen, ac titulus extinguuntur, & de cetero denominatur à principali.
- 122 De effectibus resultantibus ex unione accessorie aut a que principaliter facta, qui videndi remissive.
- 123 Concursus in parochiali juris patronatus laici non requiritur, quando unus tantum presentatur à patrono, secus autem quando plures à patrono presentantur, quia inter ipsos & non alias necessarius est concursus & ex approbati unus elegit ordinarius.
- 124 Quod procedit, quando singuli presentati à patronis laici habent aequalem seu aequales voces, quia tunc inter ipsos habebit locum concursus, secus si aliquis haberet plures, aut majores voces, & majorem partem patronorum, quia is duntaxat erit examinandus. Quod fallit ut infra sub n. 128.
- 125 Major pars praedominans attenditur.
- 126 Denominatio semper fit à potentiori.
- 127 Reservatio licet non intret in patronatu mixto, procedit in mixtura aequali, secus si pars clericorum ha-

- bet plures voces, quam laicorum, quia alteratur beneficium natura. Vide n. 114.
- 128 Presentati plures clericis à patronis laicis, majorem vocum partem habent, solus est examinandus ad parochialem, nec appellationi interposita à minore partem habente deferendum est, quod imita ut ibi.
- 129 Appellationi interposita à provisione beneficii cuiuslibet facta spreto & contempto jure patronatus, an sit deferendum, & vim fieri declarandum.
- 130 Appellationi à provisione beneficii nulla cum executione non moratur, erit deferendum.
- 131 Collatio facta ab ordinario spreto & contempto patrono, & jure patronatus inter tempus datum ad presentandum, est nulla ipso jure. Text. in c. decernimus 16. q. 7. & text. in cap. cum Baribold. interpretantur, ibid.
- 132 Verba presentis temporis inducunt nullitatem ipso jure.
- 133 Collatio facta per ordinarium de beneficio juris patronatus tunc erit nulla, si patronus reclamet contra illam intra terminum sibi competentem ad presentandum, non aliter.
- 134 Ratio vera redditur, quare collatio ab ordinario facta spreto patrono non sit nulla, non reclamante patrono intra terminum.
- 135 Annulatus actus in favorem alicujus subintelligitur illa conditio, si voluerit ille, in cuius favorem actus annullatur.
- 136 Emphyteuta ob non solutionem tunc cadit in commissum domino volente, & declarante.
- 137 Contradictio contra collationem facta, spreto patrono inducitur non solum tacite presentante patrono intra tempus, sed etiam expresse, & etiam per appellationem interpositam à collatione.
- 138 Actus gesti inconsulto patrono qui revalidentur subsecuto, & superveniente patroni consensu, remissive.
- 139 Appellatio in Parochiali per presentatum asserentem se majorem partem patronorum, & vocum habere, interposita ab ordinario instituente alterum presentatum, quem minorem partem vocum habere contendit appellans, an ut legitima suspendat.
- 140 Presentato à majore parte patronorum & vocum debet fieri institutio, & preferri habenti minorem partem.
- 141 Jus patronatus competens pluribus ut singulis, aut pluribus ut universis, quomodo consideratur respectu vocum pluralitatis, remissive.
- 142 Institutio facta contemptu patronis est irrita, & propterea appellatio ab ea etiam in Parochiali, us licita suspendit.
- 143 Appellationem interpositam per presentatum (ut asserit) à majore parte ad Parochialem regulariter non suspendere executionem institutionis, ut verius defendit Auctor.
- 144 Institutio facta presentato à minore parte patronorum, non dicitur facta contempto jure patronatus. Text. in d. c. decernimus 16. q. 7. mirifice interpretatur, ut procedat quando ordinarius confert beneficium ut male collatum, ibid. & n. seqq.
- 145 Ordinarius instituens ad presentacionem patronorum quomodo fiat, jus patronatus agnoscit, & ideo institutio non est irrita, ex c. contempti juris par.
- 146 Inter patronos veniente lite super jure presentandi presentatus à possessore sustinetur, etiam postmodum evicto patronatus à veris patronis, scilicet quando litis est inter patronos & Episcopum: & de ratione.
- 147 Ordinarius instituens presentatum à patrono non dicitur contempisse jus patronatus, & ideo institutio non est nulla ipso jure, sed erit injusta respectu veri patroni.
- 148 Sententia lata contra probantem fundum suum esse, & ad alterum spectare declarans, non dicitur nulla ipso jure, sed tantum injusta retrahenda per viam appellationis, non nullitatis.

- 149 Sententia, qua declaratur aliquem non habere jus patronatus, licet probaverit habere, tamen non potest dici nulla, sed injusta regulariter.
- 150 Supremorum tribunalium auditoribus cognoscitur per viam violentie non pertinet regulariter vocem patronorum, sed vim notoriam duntaxat tollere. Quod maxime procedit in his controversiis super jure patronatus inter comparatos, quibus vis datur notoria injustitia absque intricacione, & dubitatione in jure, aut in facto, ac ideo in Parochialibus vim non fieri decernitur: secus si notorietas injustitiae notorie apparet absque aliqua dubitatione, ibid.
- 151 Bald. à Cardinal. Tusc. sequitur declaratur, & ad juris terminos reducitur.
- 152 Presentatus à majore parte patronorum instituendus est.
- 153 Ordinarius presentatum à majore parte patronorum si non instituat, facit injustitiam, non nullitatem.
- 154 Si ex sententia facta patronorum & vocum computatione clare patet mandari, instituendum presentatum à minori parte, appellatio erit licita quoad utrumque, etiam in Parochialibus. Exempla in comprobationem plura adducuntur, ibid. ubi late de errore apparet in sententia.
- 155 Ordinarius potest etiam tanquam Sedis Apostolicae delegatus apponere Vicarius perpetuus in beneficiis curatis, unitis dignitatibus, vel quibusvis Ecclesiis, constante appellatione, juxta Concil. Trid. de reform. c. 7. sess. 7.
- 156 Concursus non est necessarius in provisione Vicariae perpetuae, sed solum ad nominationem, seu presentacionem ejus, cuius dignitati aut Ecclesie unita est Parochialis, faciendae est institutio & provisio.
- 157 Vicaria perpetua non sunt ad liberam electionem ordinarii, sed ad nominationem ejus, cuius Ecclesie aut dignitati Parochialis est unita praevio examine coram ordinario fieri faciendae provisio, ubi refertur constitutio Pii V.
- 158 Monachi quando ad hanc Vicariam perpetuam nominari possunt per Abbatem, cuius Monasterio unita est Parochialis.
- 159 Appellationi interposita per superstitem colligantem à provisione, seu concursu facto per ordinarium cedente vel decedente colligante in possessione vel absque ea, si non deseratur, an vis fiat.
- 160 Ordinarius non est prohibita provisio beneficii litigiosi cedente vel decedente colligante in perpetuum, sed duntaxat suspenditur ejus potestas, donec litis declaretur eventus.
- 161 Ordinarii potestas in provisione beneficii litigiosi suspensa est quousque superstes evincatur, & executores effectum fortiantur, a que possessio advocata ab illo.
- 162 A provisione beneficii sive curati, sive simplicis facta per ordinarium cedente vel decedente colligante, tanquam nulla ipso jure appellationi interposita, non deserens vim faciet.
- 163 Provisio contra formam & dispositionem c. 2. ut lite pendente. lib. 6. est de facto removenda à possessione.
- 164 Subrogatio gratiosa in locum, jus atque possessionem colligantis demortui, quomodo fiat, remissive.
- 165 Dispositio c. 2. ut lite pendente lib. 6. habet locum in beneficii juris patronatus, ita ut super eodem jure pendente lite, patronatus presentare non potest.
- 166 Litigiosum non dicitur beneficium, nec litis super eo pendere, quando esset duntaxat mora super possessione, tunc enim sola possessio litigiosa est.
- 167 Litigiosum non dicitur beneficium, quando super eo ut unito tantum litis vertitur.
- 168 Litigiosum non dicitur beneficium, quando agitur super privacione beneficii, nisi agens de privacione sibi simul petat adjudicari.
- 169 Concursus cessat in beneficio litigioso cedente vel de-

- cedente colligante, cum nec ordinarius conferre, patronus presentare; elector eligere possit.
- 170 Concursus locum habet in parochiali litigiosa, quando per Pontificem facta est subrogatio gratiosa alicui, quam superstiti.
- 171 Concursus factus in subrogatione gratiosa electo ut magnus digno non est faciendae collatio, quousque iis finiat & vincatur superstes, potest tamen admitti electus pro suo interesse in statu litis.
- 172 Presentatio debet fieri corporaliter coram ordinario, nec sufficit patronum mittere instrumentum presentacionis duntaxat ordinario.
- 173 Presentatus prius quam instituitur debet examinari, ut sciat an sit idoneus.
- 174 Presentatio non facta presencialiter & corporaliter presentati erit nulla & patrono curri tempus.
- 175 Presentatio de clerico absente erit nulla.
- 176 Formam annullativam non inducunt omnia contenta in Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 18. circa provisionem parochialium.
- 177 Exempla redduntur in deputacione Vicarii, seu economi & in edicto cum majore termino appolito, item quod eligatur magis dignus, quorum omisio non reddit provisionem nullam.
- 178 Beneficiorum simplicium provisio ex quibus nulla reddatur, ut appellationi ab eo omnino deferatur.
- 179 Edicta omnino & necessaria praecedere debent provisionem beneficii sive simplicis, sive curati, quod sit juris patronatus, aliter erit nulla, aliud est in beneficiis mere collatiis, ibid. & n. seqq.
- 180 Edicta debent continere terminum competentem & peremptorium.
- 181 Edictum non sufficit, sed debet specialiter & nominatim citari patroni, qui sunt certi & cogniti, aliter provisio erit nulla.
- 182 Provisio beneficii mere collatiis nullam requirit etiam per edictum citationem regulariter.
- 183 Edictorum oppositio emissa in beneficio juris patronatus, licet vitietur, non tamen vitiat presentacionem.
- 184 Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 13. quam formam induxerit in provisionem beneficiorum simplicium.
- 185 Appellare non potest nominatus seu presentatus ad beneficium simplex, quominus ex ante subire teneatur.
- 186 Nominatus seu presentatus ab Universitatibus & Collegiis generalium studiorum non tenetur examen subire in beneficio simplicis. Concil. Trid. d. c. 13. de reform. sess. 7. interpretatur, & ejus verba ponderantur, ut loquatur in presentatis ab Ecclesiasticis personis, ibid.
- 187 Ordo datus formam inducit.
- 188 Examen requiritur etiam in beneficiis simplicibus juris patronatus mixti.
- 189 Examine non excusatur etiam quilibet notorie dictus.
- 190 Praeposteratio ordinis inducit nullitatem & appellationem.
- 191 In provisionem canonicatum Doctoralis & Magistralis multa pro forma requiruntur, & quae.
- 192 Canonicus, qui non interfuit lectionibus oportuorum ad Doctorem seu Magistrum an possit votare; & electio an sit irrita.
- 193 Canonicus in provisione Doctoralis, &c. an possit per Procuratorem votare, & an procurator teneatur jurare sicut mandans, remissive.
- 194 A Capitulo peccante in forma electionis tam Doctoralis & Magistralis, quam caeterorum, appellationi emissa omnino erit deferendum; & de pluribus difficultatibus irritantibus electiones Doctorales, &c. & sursum.
- 195 De provisione beneficiorum tam simplicium quam curatorum plura annotantur remissive.
- 196 Provisio beneficii sive simplicis sive curati facta judicialiter, substantialia iudicii debent servari, alias



- omisso causam prebet appellandi suspensio, quamvis alias servata sit forma Trid.
197 Omnis dispositio loquens de actu, de valido intelligenda est.
198 Nulla Pii V. disponens sententiam transactam in rem judicatum mittendam executioni, nisi sit nulla ex defectu citationis, jurisdictionis, aut mandati; subintelligitur etiam de alia nullitate ex defectu substantialis.
199 Executio predicta sententia ut impediatur sufficit, ut nullitas aliunde proveniat, etiamsi non sit expressa in Bulla Pii V.
200 Bulla predicta licet disponat super aliqua forma, non tollit nullitatem proveniente ex forma non servata, alias a jure requisita.
201 Statutum disponens aliquam sententiam exequendam non obstante appellatione, nec alio statuto, nihilominus non censetur exclusa nullitas proveniente ex forma alterius status non servata.
202 Verisimile non est, ut uno statuto disponente super solemnitatibus alicujus actus, velit tollere solemnitas alicujus status.
203 Conc. Trid. quomodo det formam provisioni Parochialis exequenda appellacione non obstante si judicialiter procedatur, intelligitur si non sit nulliter processum.
204 Privilegium quantumvis late ampliationis non debet ita interpretari, ut contineat plures specialitates.
205 Facultas testandi concessa inabili intelligitur servata forma in testamentis requisita.
206 Citationis omisso iudicium & sententiam reddit nullam.
207 Citatio nova est necessaria, quoties iudicis aut partis datur mutatio.
208 Citatio nova requiritur ad probationem faciendam, quando primus receptor, qui semel citavit, sit mutatus, & alius subrogetur ad probationes recipiendas.
209 Litigans si moriatur, nova citatio cum relatione status litis in successore est necessaria, alias corrumpit iudicium.
210 Licentiatu Don Garcia Lopez Salgado a Sotelo Authoris charissimi Frater laudatur in ejujdam facti contingentia.
211 Jurisdictionis tam delegate quam ordinaria defectus infamabilis nullitas est, & ejus materia, remissive.
212 Mandati & legitimacionis personarum defectus nullum reddit sententiam.
213 Ad nullitatem reddentes iudicium nullum in temporibus quam in beneficiis qui videntur.
214 Sententia lata in tam brevi tempore, tantaque festinatione, ut verisimiliter processus inspicere non potuit, est nulla ipso jure.
215 Geminian. invehit in iudices qui precipitanter proferunt sententiam, ita ut possit presumi non adhibuisse cause cognitionem.
216 Appellationi minus solemniter, aut alias nulliter proposita etiam ab actu & sententia, alias sui natura appellabili; defendendum non est, nec impedit executionem illius.
217 Appellatio ex quibus causis nulliter proposita dicitur, ut ejus delationi locus non sit, serialim, obiter tamen recensentur.
218 Appellationi proposita aut proponenda renuntiata per partem tacite vel expresse non est defendendum, & que tacita sit renuntiatio, ibid.
219 Terminus appellationis a quo tempore currat, & an de momento ad momentum.
220 Appellationis dies a principio sunt utiles, quoad progressum continuu.
221 Ratiocinatio appellationis debet fieri intra terminum ad appellandum.
222 Terminus ad appellandum currit a tempore scientie & notitie.
223 & 228 Scientia & notitia procuratoris cum quo lit

- acta sunt ad appellandum, non est domino, & illi ex tunc currit.
224 Ignorans semper dicitur esse intra terminum ad appellandum.
Inimatio sententia quomodo faciendi est condemnato, ibid. remissive.
225 Gestis intra decem dies ad appellandum a tempore sententia, licet sint nulla & attentata, tamen gesta post illos, & antea quam perveniat sententia tenor ad notitiam condemnati, non revocantur per viam attentati, quia non sunt nulla ipso jure, sed per viam justitie.
226 L. 1. C. si sapius in integ. rest. post. exornatur in illis verbis (appellare enim debuitis si sententia vobis displicebat.)
227 Terminum sibi assignatum, ad aliquid gerendum laci permissum, censetur illi renuntiare, nec ulterius audiendus.
228 Appellari an & quando possit post decem dies, & de aliis substantialibus appellationis, remissive.
229 Renunciatio appellationis quando expresse per transactionem fiat.
